

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

24. Amplificationes Ciceronianæ discutiu[n]tur: Ac primùm Auaritia & ambitio P. Rulli exaggeratur per congeriem partium atq[ue] effectorum, & per anaphoram tractatur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Nam si diligentius perscruteris, omnes penè omnibus locos locis, & figuras figuris illigatas, atque intextas reperies; Sed hoc in varijs argumentis. Itaque videndum est in hac potissimum, quid materiae ratio patiatur, aut admittat, videntur certi primum loci, qui essentiam rei magis spectant, melius coniungi, ut definitio, genus, species, causa, partium enumeratio. Deinde antecedentia, con sequentia, adiuncta, similitudines, contraria, &c. id genus.

Inter figuræ aliae pertinent ad conformatiōnem imaginū, descriptionēmque rerum, aliae ad probationēm argumentorum, aliae ad exhilarandam orationēm, aliae ad succendam; quæ verò sunt eiusdem generis, coniunguntur, quanquam ad varietatis illecebram, aliae alijs insuper adduntur, tam diuerso concentu, ut difficile sit in hac re certum aliquid definire.

Iuvat tamen aliqua exempla ex Cicerone potissimum legere, quibus conformatiōnem illam locorum, & figurarum in amplificatione cognoscere, atque annotare possis.

Amplificationes Ciceronianæ dis-
ciutiuntur.

Ac primum avaritia, & ambitio P. Rulli exaggeratur per congeriem partium; atque effectorum, & per anaphoram tractatur.

CAPUT XXIV.

De lege A HÆC tu P. Rulle M. Bruti sceleris vestigia, quām monumenta maiorum sagrāt. contra pientia sequi malisti. Hæc tu cum istis tuis Rullum 97. actoribus excogitasti, ut vetera vestigalia vendaderis, & exploreris noua. Vibi Capuan ad certamen dignitatis opponete vis, ut sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, vrbes, nationes, prouincias, liberos, populos, Reges, terrarum denique orbem subiungeretis, ut cum omnem pecuniam ex æario exhaustis sitis, ab omnibus Regibus, gentibus, Imperatoribus nostris coegeretis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum pendenter, ut ijdem partim iniuidiosos agros à Syllanis possestis, partim desertos, ac peccitentes à vestris necessarijs, à vobis meti-

psis emptos, quanti velletis, P. Romano indiceretis; ut omnia municipia, colonialiaque talia & nouis colonis occuparetis, ut quibus cunque in locis vobis videretur, ac quam multis videretur, colonias: ut omnem rem publicam vestris militibus, vestris viribus, vestris praefidijs cingeretis, atque oppressam teneretis, ut ipsum Cn. Pompeium, cuius praefidio saepissime populus Romanus contra acceritos hostes, & contra improbissimos ciues victor exitit, proscribere, atque horum conspectu priuare possitis, ut nihil auro, & argento violari, nihil numero, & luctuarijs declarari, nihil elata manu perfringi posset, quod vos non oppressum, atq; creptum teneretis, ut volitaretis interea per gestes, per regna omnia, cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia, ut veniretis in castra Cn. Pompeij, atque ipsi castra, si commodum vobis esset, venderetis, ut interrea magistratus reliquos, legibus omnibus soluti, sine merito iudiciorum, sine periculo petere possitis, ut nemo ad populum Rom. vos adducere, nemo producere, non senatus cogere, non Consilii coercere, non tribunus plebis retinere possit.

Iam cuius facile est istius amplificationis Notatur artificium intueri. Primum constat rebus, artificiis & magnis, & multis, quæ in personis, & ne huic amotis sita sunt. Viden' ut breuissime Rulli plificatio avaritiam, circa vestigalia, Capuan, æriatis, um, prouincias, agros Syllanos, oppressionem virorum fortium, & cæt. notauit magna orationis volubilitate: hæc pertinent ad Syllas. Quæ verò verbis dyntaxat augent, ius, iurisdictionem potestatem, vrbes, nationes, prouincias, liberos, populos, Reges, terrarum denique orbem. Hæc spectant à hunc forsitan uno verbo Demosthenes dixisset, terrarum orbem. Sed hic Ciceronis modus plurimum valer ad illam adipalem, quam fonebat, eloquentiam innundrandam.

Sequens modus multum est in òfñs: quippe uno verbo, cum vellet dicere precepit fuisse Nazum eò. silium per sermocinationem, & ñdotoiv, ita subiecte pro Quindiu: num 53.

Cum ius amicitia, societatis, affinitatis ageretur, cum officii rationem atque existimationis duci conueniret, eo tempore, tu nō modo, aut C. Aquilium, aut L. Lucullum, sed ne ipse quidem te consulisti, sed ne ipsis quidem ad te retulisti, ne hæc quidem locutus es. Horæ duæ fuerunt. Quinctius ad vadim-

vadimonium non venit: quid ago? respirasset cupiditas atque avaritia, pauculum: aliquid loci rationi & consilio dedisset: tu te collegisses, non in eam turpitudinem venissem, vt hoc esset tibi apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinquum fortunas funditus euertere.

Hæc verbosior est amplificatio, popularis etiam, & ad motum efficax. Eiusdem generis est ista num. 138 pro Cluentio p. 674.

Quod hoc potenter, Dij immortales! quod tantum monstrum in ullis locis, quod tam infestum sceleris, & immane, aut unde natum esse dicam: iam enim videtis profecto, iudices, non sine necessarijs me: ac maximis eas suis, principio orationis meæ de matre dixisse; nihil est enim mali, nihil sceleris; quod illa ab initio filio noluerit, optauerit, cogitaverit, efficerit.

*Amplificatur Saffia libido, num. 12. pro
Cluentio.*

CAPUT XXV.

Vm essent hæc nuptiæ, plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, repente est exorta mulieris importuna nefaria libido, non solum dedecore, verum etiam scelere coniuncta. Nam Saffia, mater huius Auiti (mater enim à me nomis caussa, rametissimæ in hunc hostili odio & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur:) neque vñquam illa ita de suo scelere & immanitate audier, vt naturæ nomen amittat. Quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc, illius matris, quo multos iam annos, & nunc cùm maximè filium interficetum cupit, singulare scelus, maiore odio dignum est ducetis. Ea igitur mater Auiti, Melini istius adolescentis, generi sui, contra quam fæs erat, amore capta: Primo, neque id ipsum diu, quo modo poterat, in illa cupiditate continobatur: deinde illa flagrare coepit amentia, sic inflata mala feiri libidine, vt cam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, non filii dolor, non filia mœror à cupiditate reuocaret: Animus adolescentis, nondū consilio ac ratione confirmatum, pellexit ijs omnibus rebus quibus illa ætas capi ac deliniri potest. Filia, quo non solum illo communido-

lore muliebri, in siusmodi viri iniurijs angeretur, sed nefarium matris peccatum ferre non posset, de quo se queri quidem sine sole re se posse arbitraretur, ceteros sui ranti mali ignaros esse cupiebat, in hujus amarissimi sui fratri manibus, & gremio, & mœrore, & lacrymis consenseret. Ecce autem subitum diuortium, quod solacium omnium malorum fore videbatur. Discedit à Melino Cluentia: vt in tantis iniurijs, non inuita: vt à viro, non liberter. Tum vero illa egregia, ac præclara mater, palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio coepit, vixit filia, non libidinis. Itaque diutius suspicionibus obscuris laedi famam suam noluit: lectum illum geniale, quem biennio ante filia sua nubenti struera, in eadem domo sibi ornari, & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet. Nubit gennero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis omnibus omnium. O mulieris scelus incredibilis, & præter hanc vnam in omni vita inauditum! o libidinem effrenatam, & indomitam! o audaciam singularem, non timuisse, si minus vim Deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem faciéque illas nuptiales? non limen cubiculi non cubile filia? non parietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? Perfregit, ac prostrauit omnia cupiditate ac furore, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Animaduerte in hac tota narratione singulare grandis illius & exagerata eloquentia. *Explicatus* artificium, primum rem improbam & fune superior stam narraturus, incipit à commemoratione amplificationis bonorum quo antecesserant, quod res fiat sic: atrocior: Cùm essent ha nuptiæ plena dignitatis: Deinde, quam ingeniosa illa parenthesis: Saffia mater huius: (mater enim à me nomis caussa, &c.) Mox rem pederentim explicat, seruatis hanc legibus. Primum amat Saffia; deinde flagrat: Tertiò tota inflammatur; & ha flammæ exaggerantur à contrarijs: Magnæ procul dubio fuerunt, qua pudorem, pudicitiam, pietatem, metum dedecoris, hominum famam vicerunt. Hæc enim istius libidinis fræna solent esse valentissima. Deinde adiuncta in persona filia illustri donis exprimuntur. Sed hæc tantum præludia: Quid, quomodo attollitur sequens oratio?

Tum vero illa egregia ac præclara mater, Exigitrix fæse, non tibi amu, quam discrete appositis inualescit adiunctis: lectum illum geniale,

E c quiesce